



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 685. Legitima quid, quanta, quibus debita, an & qualiter ex  
fideicommisso universali desumenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

suos; quia tale fideicommissum est conditionale, nimirum quatenus fideicommissarius in vivis est post mortem gravati hæredis. *l. 2. ff. quando dies Legat. cedit.* ita Gail. *l. c.* Quod ipsum tamen etiam non procedit, ut Idem. *num. 7.* cum Bald. *in cit. L. unic.* quando ex conjecturis apparet, voluntatem testatoris suisse, ut fideicommissum conditionale transferatur in hæredem; eò quòd in voluntatibus ultimis sufficiat voluntas etiam tacita testatoris, quæ ex conjunctis colligitur. *L. licet Imperator. ff. de Legat.* *I.* unde testator sua voluntate efficere potest, ut transmisibile non transmittatur, & non transmisibile transmittatur, ut Gail. *l. c. num. 8.* cum Bald. *in L. si pater. c. de infit. & subfit.*

*II.* Quintus effectus est, quòd hæres gravatus teneatur de dolo & culpa lata. *l. 22. §. 3. ff. ad SC. trebell.* Lauterb. *ibid. §. 23.* Struv. *ibid. & tb. 35.* *Lit. a.* Unde si dissipet bona, obligari potest ad restituendam etiam ante conditionis existentiam quòd ad effectus juris & administrationem. *l. 50. ff. eod. & ibi Brunem.* Item quòd in ordine quòd ad hoc, ut rectè fiat restitutio, debeat confidere inventarium, in quo describenda sint omnia mobilia se moventia & illorum pretium & estimatio. Item jura & actiones subjecta fideicommisso. Struv. & Muller. *LL. cit.* non tamen requiritur inventarium solenne secundum formam in *in L. ult. c. de jure delibera. præscriptum.* Sed & remitti potest confessio inventarii, in quo calu renissi inventarii necessarium tamen esse repertorium & designationem tradunt Peregr. *art. 3. num. 73.* Faber *tit. ad SC. trebell. def. 25.*

*Quæst. 685. Legitima quid, quanta, quibus debita, an & qualiter ex fideicommisso universalis desumenda?*

*I.* **R**esp. ad primum: est illa portio bonorum paternorum quæ necessariis hæredibus, puta, liberis, nepotibus aliisque descendantibus (iisque deficientibus) parentibus debita, & necessario in testamento relinquenda. Dicitur primò: *pars bonorum paternorum rectius quam pars hæreditatis, ut Gail. l. 2. obf. 119. n. 12.* citans *Auth. novissima & Jason. ibid.* & quidem solorum bonorum paternorum deducto ære alieno & expensis funeralibus post mortem testatoris residuorum. *L. Papinius. §. quarta. ff. de inoff. testam.* hodierno tamen jure iuxta novell. *18. c. 1. & cit. Auth. novissima.* est triens seu tercia pars omnium bonorum hæreditatis relata, detracto ære alieno & expensis funeralibus, si non sunt plures liberi quam quatuor: si vero sunt plures quam quatuor, legitima est semis, seu media pars bonorum inter liberos, sive masculos, sive feminas dividenda æqualiter. Quantum pro legitima debeatur nepotibus pro diversis casibus, jam dictum est resp. præced. Legitima deficientibus descendantibus debita parentibus universaliter est triens, seu tercia pars hæreditatis, quam nullo existente testamento ab intestato accepissent. Covar. *in c. Rayn. b. t. §. 9. num. 12.* Fachin. *l. 4. controv. c. 28.* Sichard. *ad cit. Auth. novissima. num. 12.* Hunn. *p. 3. tit. II. c. 4. num. 6.* Reiffenst. *b. t. num. 449.* Quia tamē tercia pars non semper constituit trientem totius hæreditatis, sed tunc tantum, quando nulli existant fratres vel sorores testatoris, aut, si existent, non instituuntur una cum parentibus hæredes. Si autem simul instituuntur, legitima parentum est sola tercia pars hæreditaria portionis quam parentes ab intestato accepissent. Quod ita ex Fachin. *l. c. c. 29.* Tulch. *l. c. concl. 183. num. 28.* Arg. *cit. novell. 18. c. 1.* declarat Reiffenst. *num. 450.* polito, totam hæreditatem efficere 900. florenos, in quam, si mater testatoris cum duobus fratribus ejusdem testatoris ab intestato succederet æqualiter in capita, acquireret solùm 300. florenos. Unde jam sequitur, quòd si mater non ab intestato, sed ut instituta cum dictis fratribus, illius legitimam non fore, nisi tertiam partem istorum 300. florenorum,

circa quod notandum, quod etiam nepotibus, quorum parentes jam mortui, debeatur quoque legitima, qui si simul existant cum filiis testatoris pro legitima sua, five pauci, five multi sint, plus non accipiunt, quā eorum parentis præmortuus accepisset. Unde, si extant tres liberi & nepotes decem, ex eorum liberorum fratre mortuo proles residue, legitima horum omnium, tam liberorum quam ne- potum non erit semis, sed triens; ne potum autem illorum quarta pars trientis; eò quòd hanc portionem solam accepisset eorum parentis. Tulch. *Lit. L. concl. 182. a. num. I.* Salicet, *in Auth. novissima. de inoff. testam. q. 6. num. 96.* Berlich. *p. 3. concl. 12. a. num. 40.* & alii, quos citat & sequitur Reiffenst. *b. t. num. 446.* Arg. *Auct. detruit. & semis.* Item notandum, quod nullis existantibus liberis, foli extantes nepotes non unius, sed plurium liberorum testatoris, omnes in stirpem succedant; ita tamen, ut legitima computanda & numero parentum illorum. Unde hi nepotes omnes simul capiunt trientem, si eorum parentes non fuerunt plures quam quatuor, semis semper si fuerunt plures. AA. citati. Arg. *cit. Auth.* Si vero nullis existantibus liberis existunt nepotes unius tantum filii aut filia præmortua, succedunt hi nepotes in capita faciuntque in ordine ad computandam legitimam tantum numerum, quantum facerent, si veri filii testatoris essent; ita ut, si quinque aut plures essent nepotes, eorum legitima in capita dividenda sit semis; si tantum quatuor aut pauciores, legitima dividenda in capita sit triens. ita AA. citati. Arg. *e. j. usd. Auth.* Dicitur quintò: *parentibus & ascen- dentibus: nam & his quoque, descendantibus defi- cientibus, sunt hæredes necessarii.* Arg. *novell. 115. cap. 4.* quòd ad quantitatem legitimæ eorumque distinctius resp. seq.

*2.* Resp. ad secundum: Legitima debita filii, eti olim erat pars quarta hæreditatis. *L. Papinius. §. quarta. ff. de inoff. testam.* hodierno tamen jure iuxta novell. *18. c. 1. & cit. Auth. novissima.* est triens seu tercia pars omnium bonorum hæreditatis relata, detracto ære alieno & expensis funeralibus, si non sunt plures liberi quam quatuor: si vero sunt plures quam quatuor, legitima est semis, seu media pars bonorum inter liberos, sive masculos, sive feminas dividenda æqualiter. Quantum pro legitima debeatur nepotibus pro diversis casibus, jam dictum est resp. præced. Legitima deficientibus descendantibus debita parentibus universaliter est triens, seu tercia pars hæreditatis, quam nullo existente testamento ab intestato accepissent. Covar. *in c. Rayn. b. t. §. 9. num. 12.* Fachin. *l. 4. controv. c. 28.* Sichard. *ad cit. Auth. novissima. num. 12.* Hunn. *p. 3. tit. II. c. 4. num. 6.* Reiffenst. *b. t. num. 449.* Quia tamē tercia pars non semper constituit trientem totius hæreditatis, sed tunc tantum, quando nulli existant fratres vel sorores testatoris, aut, si existent, non instituuntur una cum parentibus hæredes. Si autem simul instituuntur, legitima parentum est sola tercia pars hæreditaria portionis quam parentes ab intestato accepissent. Quod ita ex Fachin. *l. c. c. 29.* Tulch. *l. c. concl. 183. num. 28.* Arg. *cit. novell. 18. c. 1.* declarat Reiffenst. *num. 450.* polito, totam hæreditatem efficere 900. florenos, in quam, si mater testatoris cum duobus fratribus ejusdem testatoris ab intestato succederet æqualiter in capita, acquireret solùm 300. florenos. Unde jam sequitur, quòd si mater non ab intestato, sed ut instituta cum dictis fratribus, illius legitimam non fore, nisi tertiam partem istorum 300. florenorum,

quos

quos acquireret ab intestato nimurum 100. florenos. Quod si vero præteritis fratribus & sororibus, filius matrem solam cum extranea persona hæredem institueret, legitima matris erit pars tertia totius hæreditatis, sicut esset, si nulli fratres exstarent; eo quod fratres præteriti in hoc casu non admittantur ad partem aliquam hæreditatis; adeoque eam diminuere non possunt: ita Reiffenst. num. 451. cum Tusch. l.c. concl. 185. num. 19. Jafon. in Autb. novissima. num. 48. Berlich. p. 8. concl. 12. num. 51. Dum autem in casu instituta personæ turpis fratres & scrotoriæ sunt hæredes necessarii, illorum legitima est quarta pars illius, quod ab intestato accepissent; eo quod jure antiquo legitima erat pars quarta, quod jus iure novo non inventum correctum. Ita cum Berlich. l.c. concl. 15. num. 71. Afflictis decis. Neapolit. 204. num. 3. & 4. Hunn. l.c. num. 9. Reiffenst. num. 452.

*Quæst. 686. Qualiter legitima relinqui debet titulo institutionis?*

1. Resp. legitima in casibus, in quibus debita est hæreditibus necessariis relinquenda necessaria institutionis hæreditaria titulo; ita ut, si vel uni, dum plures sunt, relinquatur alio titulo, v.g. legati, fideicommissi, donationis, testamentum sit nullum quo ad hæreditis institutionem, & is, cui relicta alio titulo, dicere possit de nullitate. Gl. in c. Raynalius. b.t. v. relinquens. Pirh. b.t. num. 77. notab. 4. Reiffenst. num. 453. juxta Autb. ut cum de appell. cognosc. §. aliud quoque. c. 8. & Novell. 115. c. 3. ubi expresse habetur, non sufficeret, si per quamlibet donationem, legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem, per quam novella, ut pote quinque annis posteriorem, correcta est novell. 18. c. 1. ubi dicitur, idem est dicere, si quis illud institutionis modo, sive per legati, sive per fideicommissi relinquat occasionem. Neque his obstat, quod in cit. c. Raynalius, ubi pater duos habens filios, testamentum condit, & uni relinquit domum & hortum, alteri cetera bona, nulla facta mentione institutionis, hoc testamentum non rescindatur & declaratur nullum. Nam et si dum à testatore relinquitur res certa alicui, qui hæres necessarius non est, censeatur legatum praestandum ab hærede; dum tamen alicui, qui est hæres necessarius, v.g. filiæ, censendum est relinquiri tanquam pars hæreditatis jure seu titulo hæreditatis, ethi hæritati mentio non fiat, ne alias testamentum sit irritum, ut Pirh. l.c. cum Gl. in cit. c. v. relinquens. & Abb. ibid. num. 3. uti & Gl. in Autb. novissima. de inoff. testam. v. titulo.

2. Ampliatur responsio ita, ut licet hæres necessarius legitimam suam in vita testatoris acceperit, simulque omni futura hæreditati renunciaverit (ut fieri potest & solet, si parentis filii in dotem, aut filio ad certum finem quid largitus fuerit) adhuc tamen in legitima titulo hæreditis institui debeat; non quidem, quasi parentis debeat de novo aliiquid dare; sed quod debeat jam datum in legitimam computare dicendo, v.g. filium aut filiam N. pro hærede instituo, eique pro legitima assigno, id, quod jam accepit &c. ita Reiffenst. b.t. num. 454. cum à se citatis Gräffl. §. legitima. q. 3. num. 10. Gabr. de leg. timis concl. 8. num. 14. Schmidt ad tit. 36. a. 5. num. 10. & si portio illa, quam parentis in vivis largitus est, uti & res illa certa seu pars determinata, quam testator liberis aut parentibus relinquuit in te-

stamento titulo institutionis, non attingeret quantitatam legitimam per leges debitæ, possint agere ad supplementum illius; non verò testamentum nullum dicere, aut contra illud tanquam inofficium querelam instituere; idque, ne alias frequenter inverterentur testamenta, si hæredes necessarii, dum res certa vel pars assignata non attingeret legitimam testamentum impugnare possent, agere autem ad dictum supplementum potest hæres necessarius juxta probabilem conditione ex L. omnimodo. c. de inoff. testam. & non petitione hæreditatis; cum filius institutus in legitima hæres dici non possit, nec revera sit. Gail. l.c. obs. 120. a num. 1. citatis pluribus. Duratque jus illud agendi ad supplementum legitima non tantum ad quinquennium post aditum hæreditatis, ut querela inofficioi testamenti, ut vult Bartol. in L. si quis filium. ff. de inoff. testam. sed usque ad annos 30. ut Gail. l.c. num. 7. cum communis dd. contra Bart. an verò dictum jus petendi supplementum legitima ad hæredes transeat; vide eundem. num. 17.

*Quæst. 687. Ex quibus bonis debeatur legitima.*

Resp. debere illam ex omnibus & singulis bonis testatoris, ita ut nequeat hæres universalis aliquid pro libitu obtrudere, nec is, cui legitima debetur, id acceptare tenetur, tradit Reiffenst. h.t. num. 460. allegatis pro hoc Hunn. p. 3. tit. 11. c. 3. Natta vol. 1. conf. 156. num. 1. Covar. in c. Raynaldi. b.t. 2. Fachin. l. 4. controv. c. 33. Arg. novell. 18. c. 1. & L. scimus. c. de inoff. testam. ex ea ratione, quod legitima sit pars totius substantiae relicta à testatore, & non certa partis substantia. Veruna hæc non ita intelligenda videntur, ac si ex singulis bonis, dum hæc diversa sunt, domus, agri, pecunia, pars aliqua ad conficiendam legitimam detrahenda; sed omnibus computatis, pars tertia valoris corundem detrahenda. Unde etiam is, cui legitima debetur, ex illis aliquid certum accipere potest, ut Covar. l.c. num. 10. Fachin. l.c. Reiffenst. num. 461. Quibus non obstantibus, potest ipse testator juxta probabilem, quam sectantur ripa in L. quantum. ff. ad leg. falcid. num. 126. Menoch. & alii apud Reiffenst. num. 462. assignare hæredem necessario legitimam in re aliqua certa. v.g. pecunia, modo ea portionem debitam adaequet. Arg. novell. 115. c. 5. De cætero incomputanda legitima conferri non tantum debent bona existentia post mortem testatoris deducto ære alieno, sed etiam, quæ hæredes necessarii in vivis acceperunt. v.g. per modum dotis aut donationis propter nuptias, nisi testator contrarium statuerit. Molin. l.c. d. 237. Decius ad l. 12. c. de collat. Sichard. adrub. c. de collat. num. 11. Reiffenst. num. 463. Arg. toius tit. ff. & c. de collat. Excipiuntur tamen expensæ, quas pater fecit in educandis liberis, & studiorum vel opificii alteriusve artis ab iis addicendæ gratiâ, aut etiam donationes remuneratorias. De quibus videndi AA. ad tit. ff. & c. de collat. benor.

*Quæst. 688. An & qualiter legitima relinquenda purè & libera ab omni conditione & gravamine, & in specie a fideicommisso?*

1. Resp. primò: Legitima relinquenda est omnino purè, seu absque omni onere, gravamine & con-